UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Commvnionis Tum pro Sacerdotibus, tum pro omnibus fidelibus communicaturis

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De præcepto communionis instante mortis periculo, c. 5.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41783

Visual Library

nec conſtet an communicaverit, ſaltem in Paſchate, eſt ne ſepeliendus in loco ſacro? Reſpondeo, niſi conſtet non communicaſſe, judicandus eſt obſervaſſe præceptum, atque adeò ritè ſepeliendum.

Adde neminem huic pœnæ (cum ſit ferenda) ſubjici, niſi poſt latam ſententiam. Cum igitur nunc vix in uſu ſit, ut contra aliquem ſimilis ſententia fulminetur; nunquam ex hoc capite, erit fidelis à ſacra Sepultura depellendus.

CAP. V.

De Præcepto Communionis inſtante mortis periculo.

§. I.

An hoc præceptum omnes in eo periculo obliget.

1 NOn modo nonnulli *a* docent Cõmunionis præceptum,

a S. Bonavent. Sylveſtr. Armilla, apud Suarium ac Euc d 69. ſec. 3 ...

ceptum, ut à Chriſto latum, obligare ſolum ſemel in vita: atque adeo, qui in vita ſemel communicavit, non obligari, *b* ſub mortali, inſtante morte, iterum communicare: verum etiam alii *c* ſunt, qui putant nullam abſolutè eſſe obligationem ſub mortali eo ingruentis periculi tempore communicandi. Sed tenendum eſt, adeſſe *d* obligationem ſub mortali: Ratio potiſsima ducitur ex fidelium, & Eccleſiæ ſenſu, ſic judicantium.

b Sà V. Euch n. 1 favet non parum.

c Caet. Ledeſm. Vict. Palud. allat. ibi ab eod. Suar.

d Suar. ib. Vaſq. de Euc. d. 114 c. 2. n. 3 & paſſim recent.

2 Idque verum eſt ſive mors inſtans ſit ex infirmitate, ſive ex violentia: par enim eſt ratio. Immo & quoties imminet periculum mortis, ut in prælio, longa, & periculoſa navigatione, & ſimilibus, eandem adeſſe obligationem, docent communiter Doctores. *e* Iudex ergo, niſi fortè teneat opinionem *f* contrariam (quam non eſſe tenendam conſulo) obligatur Reo tempus ad

e ibid.

f Figund. Hicol. præc. l. 1. c. 4 n. 4.

ad Communionem concedere. Excipe, niſi fuga ejuſdem Rei, ex qua damnum publicum, vel mors ipſi judici poſſet oriri, rationabiliter timeretur: nam tunc licebit contra vim vi ſe defendere.

3 Non tamen præceptum ejuſmodi adeò rigidè ſuſcipiendum eſt, ut infirmo, qui nullo remedio, (de quo infra §. 9. num. 1.) valet ſacram hoſtiam deglutire poſsit *g* propinari ſanctiſsimus Sanguis: quia hoc præceptum non obligat niſi debito modo.

g *Fagun. Suar. aliique apud Dian. p 5. tr. 3. reſ 34. eſto poſſe doceat Ochag. ibid.*

§. 2.

An obliget eos, qui paulò ante periculum communicarunt.

4 Qui v. g. duos, vel tres, immo & octo, vel decem dies, antequam in periculum incidit, communicavit, obliga-